



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Quòd apostatæ angeli antre ruinam liberum arbitrium haberent. xliiii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

Quod apostata angeli ante ruinam liberum arbitrium haberent. *Cap. XLIII.*

VNaqueq; enim res quasi tot passibus ad aliud tendit, *Grego. in suis mora libus.* tot mutabilitatis suæ motibus subiacet. Sola autem natura incomprehensibilis ab statu suo nescit moueri: quæ ab eo quod semper idem est, nescit immutari. Nam si angelorum substantia immutabilitatis motu fuisset ab auctore condita, nequaquam à beatitudinis suæ arce cecidisset. Mirè autem omnipotens Deus naturam summorum spirituum bonam, sed mutabilem condidit: ut & qui permanere nollent, ruerent, & qui in conditione perfilterent, tantò in ea iam dignus, quòtò & ex arbitrio starent: & eò maioris apud Deum meriti fierent, quò mutabilitatis suæ motum, voluntatis statione fixissent.

Cur angelorum spiritus irremissibiliter peccauerunt. *Cap. XLV.*

Angelorum spiritus idcirco irremissibiliter peccauerunt: quia tantò robustius stare poterant, quòtò eos carnis amixtio non tenebat. Homo verò idcirco post culpam veniam meruit: quia per carnale corpus aliquid quo semetipso minor esset, accepit. Vnde apud respectum iudicis argumentum pietatis est, hæc eadem infirmitas carnis.

Quod angeli custodes hominibus præponantur. *Cap. XLVI.*

QVIA verò angeli hominibus præsint, per prophetam testatur angelus, dicens: Princeps regni Persarum restitit mihi. Quòd verò angeli à superiorum angelorum potestatibus dispensentur, Zacharias perhibet propheta, qui ait: Ecce angelus qui loquebatur in me, egrediebatur, & angelus alius egrediebatur in occursum eius, & dixit ad eum: Curre, loquere ad puerum istum, dicens: Absque muro habitabitur Hierusalem.

Quod singulis hominibus, singuli angeli dentur custodes. *Cap. XLVII.*

Abas Paulus simplex habebat gratiam, ut ingrediētes in Ecclesiam senes aspiceret: & ex ipsa facie eorum uniuscuiusque cogitationes, siue malæ essent, seu bonæ sentiret. Cum ergo venisset ad Ecclesiam, & ingrederentur senes, vidit eos clara facie, & læto animo ingredi, & angelos eorum cum gaudio pariter cum ipsis. Vnum autem ni-